

marcis III mansos in Taleheim et locum ad construendum molendinum cum omnibus
attinentiis in pascuis, pratis, silvis et aquarum decursibus et hec omnia in manu nostra
Fridericus et Albertus eius filius resignaverunt. Ego autem Hermannus Thuringie lant-
gravius et Saxonie palatinus de petitione ipsorum omnia cum omni iure suo tradidi in
manus^{a)} Henrici abbatis deinceps libere possidenda. Ne autem processu temporis super 5
hoc contractu et eisdem prediis aliquis successorum ausu temerario predictae ecclesie
molestiam inferre presumat, presentem cartam bulle nostre impressione duximus robo-
randam, ut ex hoc constare omnibus valeat, quod, quicumque super predictis deinceps
ecclesiam iniuste molestaverit, omnipotentis dei et nostram incurret offensam. Acta vero
sunt hec anno incarnationis dominice M. CC. XVI., indictione quarta, presentibus hiis testibus: 10
Burcardo de Scartfelt. Heidenrico fratre eius de Lvterberg. Elghero de Hoenstein.
Henrico de Stalenberg. Alberto de Clettemberg comitibus. Godescalco de Plesse.
Burcardo de Hoenstein liberis. Ruodolfo pincerna. Bertoldo de Cruceburg. Lvdolfo
de Alrerstede. Eghelolfo. Henrico. Rodolfo fratribus de Bendeleiben. Rodolfo de
Bulcinghelciben. Rodolfo de Husen. Theoderico et Hugone fratribus de Wilrode et 15
aliis quam pluribus. Data in castro Euersberg tertio kal. iulii.

(S.)

225.

1216 Juli 20.

*Hdschr.: Or. Perg. Rathsarchiv Leipzig. Das Pergament ist durch Moder ziemlich angegriffen. Die drei an rothen 20
Seidenfäden befestigt gewesenen Siegel sind bis auf ein an der mittleren Schnur zurückgebliebenes unbedeutendes
Bruchstück abgefallen.*

Gedr.: Cod. dipl. Sax. reg. II. 8,3.

*Erzbischof Albert von Magdeburg und Bischof Ekkehard von Merseburg errichten
eine Sühne zwischen Markgraf Dietrich und der Stadt Leipzig.*

25

226.

*König Friedrich II. übergibt dem deutschen Hospital St. Maria zu Jerusalem die bisher reichs-
lehnbaren, von Albert, Burggrafen in Altenburg, und Thimo, Edlen in Rasephas (Rosewatz) ihm
resignirten Güter in Neneviz und Cebecur. — Zeuge: Markgraf Dietrich. Altenburg, 1216 Sept. 23.*

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 202. S., an rothseidenen Fäden, verloren.

30

Gedr.: Huillard-Bréholles, Hist. dipl. Frül. II. I. 2,481. Böhmer-Ficker 878.

Ann.: Vergl. Posse, Lehre von den Privatrk. 39.

— — Huius rei testes sunt: Albertus Magdeburgensis archiepiscopus. Eke-
hardus Merseburgensis episcopus. Adolfus comes de Scowenbure. Thidericus marchio
Misnensis et Orientis. Guntherus comes in Keuerinbere. Fridericus comes de Biche- 35
lingin. Ludolfus de Alrestete. Ludewicus de Wangenheim. Datum apud Aldenbure
anno dominice incarnationis MCC. XVI., nono kal. octobris, indictione v.

(SD.)